Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Quattuor Euangelia ussui lectionum missae adcommadata - Cod. Aug. perg. 207

Hieronymus, Sophronius Eusebius

[S.l.], [9. Jahrh.]

Argumentum secundum Mattheum

urn:nbn:de:bsz:31-60784

Visual Library

rum numerorum continuatas similitudines; Item si in uno quolib& eorum aut &iam duobus. ibidem in canone numerus. bis. ter. aut eo amplius repperiatur in ordine conlocatus. & disparis inueniatur in c&eris. Dubium non erit quod id quod illius illorumue canones numeris. bis. ter. rep&itum. ab his in uolumine semel dictum sit. Alteri uero eorum toties in uno atque eodem sensu loquantur. quoties pra&ulerint in numerorum adnotatione distantiam. hoc & in omnium. VIIII. canonum conlatione seruabitur; c&erum in decimo quoniam propria singulorum tantummodo continentur. non potest contra id comparatio esse. quod solum est

OPTO UT IN XP̄O VALEAS ET MEMINERIS MEI BEATISSIME PAPA·

INCIPIT ARGUMENTUM SECUNDUM MATHEU

Matheus & iudaea sicut in ordine primus ponitur. ita euangelium in iudaea primus scripsit. cuius uocatio ad dm̄ & publicanis actibus fuit. Duorum in generatione xp̄i principia praesumens. unius. cuius prima circumcisio in carne. Alterius cuius secundum cor electio fuit. Et &trisque in patribus xp̄s. sicque quater denario numero triformiter posito. principium a credendi fide in electionis tempus porrigens. Et ex electione usque in transmigrationis diem dirigens. Atque a transmigrationis die usque in xp̄m definiens. decursam aduentus dn̄i ostendit generationem. ut & numero satisfaciens & tempori. Et se quod esse& ostendere&. & dī in se opus monstrans. &iam in his quorum genus posuit xp̄i operantis a principio testimonium non negare&; Quarū omnium rerum tempus. ordo. numerus. dispositio uel ratio. Quod fidei necessarium est. ds̄ xp̄s est; qui factus est & muliere. factus sub lege. natus & uirgine. passus in carne. omnia in cruce fixit. ut triumphans ea in sem&ipso resurgens in corpore. & patris nomen in patribus filio. Et filii nomen patri restituens in filiis. Sine principio. sine fine. ostendens unum se cum patre esse. quia unus est. In quo euangelio utile est desiderantibus dm̄. Sic prima uel media uel perfecta. cognoscere. ut & uocationem apostoli. & opus euangelii. & dilectionem dī in carne nascentis. per uniuersa legentes intellegant. Atque id in eo in quo adprehensi sunt.

et adprehendere & p&unt recognoſcant. Nobiſ enim hoc in ſtudio argumenti fuit. Et fidem factae rei tradere. & operantiſ dĩ intellegendam diligenter eſſe diſpoſitionem quaerentibuſ non tacere

EXPLICIT ARGUMENTUM

INCIPIT BREVIARIUM EIUSDEM

·I· NATIVITAS XPI. MAGI CUM MUNERIBUS VENIUNT.
Et ioſeph ab angelo per uiſum admonetur cum puero & matre eiuſ in aegyptum fugit. infanteſ interficiuntur

·II· REGRESSIO IHU EX AEGYPTO IN NAZARETH
De baptiſmate iohanniſ in iordane. et De xpi baptiſmate

·III· IHS POST IEIUNIUM QUADRAGINTA DIERUM
& quadraginta noctium temptatur a diabolo. p&rum & andream. iacobum & iohannẽ piſcatoreſ conuocat. Et circuienſ galilaeam uarioſ languoreſ hominum curat

IIII BEATITUDO ET CETERA MANDATA. IDEST DE HOMICIDIO
De oblatione. De adulterio. De oculo uel manu eruenda. uxorem niſi ob adulterium non dimittendam. De iuramentiſ. De oculo & dente. inimicoſ diligendoſ. De elemoſiniſ.

·VI ORATIO ET IEIUNIUM. DE THESAURO IN CAELUM
Lucerna corporiſ eſſe oculum. Et non poſſe duobuſ dominiſ ſeruire. Nec cogitandum de eſca & ueſtimento. Volatilibuſ & liliiſ agri & ſollicitudine diei

VII NON ESSE IUDICANDUM. DE FESTUCA ET TRABE IN OCULO.
De margaritiſ ante porcoſ. (nõ ẽẽ ponẽdas) p&endum. quaerendum. & pulſandum. De pſeudo proph&iſ. quia non omniſ qui dicit mihi dñe dñe intrauit in regnum caelorum. De domo aedificata ſuper p&ram uel arenam

VIII DESCENDENS DE MONTE. LEPROSUM MUNDAT.
puerum centurioniſ. paralyticum curat. ſocrum p&ri a febribuſ liberat. De plurimiſ curiſ. & ſcribe uolenti ſe ſequi dicit. non habere filium hominiſ ubi caput reclin&. Atque ut alioſ relicto patriſ corpore ſequatur praecepit

BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg